BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 79r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ad amandum semp dm̄ in caelis & hominibus in terra.
& dimittuntur peccata & uistutū dona conceduntur.
Itaq; altare cauum & inane fieri iubetur. sic moysi in
monte monstratum ē, Quia sicut angeli ac sp̄s iustorū
in caelis uacui a peccatis. & pleni sunt pietatis ac iustitiae.
Ita & nos in terra p modulo nr̄o declinare a malo & face
re bonū debemus. Quod ipsum sic ex costationib; apestis
uerbi caelestis. Ita & mysticis tabernaculi ac uasorum
& cerimoniarū eius figuris semper agere docemur.
Facies & atrium tabernaculi. in cuius plaga australi erunt xiiij.
tentoria de byssо retorta. Sicut scā scōz ea quae in
caelis ē. scāe & cl̄ae pastem designant. & prius taberna
culum perfectū fidelium uitam in hoc dum taxat saeculo
cōmorantium typice denuntiat. Ita atrium taberna
culi quod exterius erat prima incipientium rudimenta
demonstrat, Unde bene tentoria eiusdem atrii de byssо
retorta erant facta, quia prima incipientibus cura in
pendenda ē. ut in lecebras carnis simul & sp̄s refrenent.
Iuxta illud apl̄i quod de filiis adoptionis loquens adiecit.
Has igitur habentes p missiones k̄rm̄i mundemus nos
ab omī inquinam̄to carnis & sp̄s. Byssus namq; ut sepi
us cōmemoratum ē. de terra uiridis nascitur. sed eruta
de terra siccatur contunditur. coquitur torquetur.
ac magno & longo exercitio ad candidum de uiridi